



## PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 1332/21/1

### DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, attentis precibus a Rev.do P. Joachimo Rego, Superiore Generali Congregationis Passionis Iesu Christi, die XIX Novembris MMXXI porrectis, omnia et singula spiritualia beneficia per Decreta (Prot. N. 1332/19/1) die XIV Septembris MMXX rite concessa, per praefatae Congregationis Jubilaeum ad instar indictum usque ad diem 1 Ianuarii MMXXII, at propter epidemiam morbi "covid-19" cum populo diu pro dolor non celebratum, nunc pro Dei honore, Domini Nostri Iesu Christi Crucifixi atque Beatae Mariae Virginis Perdolentis et pro fidelium spirituali consolatione, de mandato Ss.mi Domini Nostri Francisci Pp., per praesentes confirmat et usque ad diem XXXI Maii MMXXII prorogat.

Projecto ex prorogata largitate Ecclesiae christifideles haurient pia proposita et spiritale robur vitae ad legem Evangelicam traducendae, in hierarchica communione et filiali devotione erga Summum Pontificem, Catholicae Ecclesiae visibile fundamentum et proprium sacrorum Antistitem.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die XXII mensis Novembris, anno Dominicae Incarnationis MMXXI.

Maurus Card. Piace  
MAURUS Card. PIACEŃZA  
Paenitentiarius Maior

Christophorus Nykiel  
CHRISTOPHORUS NYKIEL  
Regens